

1730.

1. Berolinus, Gott. Christianus, Ord. iuridici. . . Decanus: lectori  
benevolo s. p. d. (ad Reputacionem saltemm Iamini Gott.  
Leb. Ehrlich invitat).
2. Berolinus, Gott. Christianus, Ord. iuridici. . . Decanus: lectori  
benevolo s. p. d. (ad Reputacionem saltemm Iamini Daniell.  
Kettneri invitat).
3. Berolinus, Gott. Christianus, Ord. iuridici. . . Pro-Decanus:  
lectori benevolo s. p. d. (ad Reputacionem saltemm  
Caroli Gordoni Engelshall invitat).
4. Berolinus, Gott. Christianus, Ord. iuridici. . . Pro-Decanus:  
lectori benevolo s. p. d. (ad Reputacionem saltemm  
Iamini Christophori Rockring invitat).
5. Berolinus, Gott. Christianus: De jure sepius <sup>etiam</sup> ~~reputacionis~~  
et exempli.
6. Berolinus, Gott. Christianus: De eo, quod iurium  
est circa saltemnes.
7. Berger, L. G. C. datus: De origine ordinis Russi  
Volleris.

8. Crotius, Christoph Lavers.: Ad audiendum orationem,  
qua officium docendij iuri naturae et gentium  
... inscripti, lectorum generatum ... instat.
- a, b  
9. Crotius, Christoph Lavers: Corporis indepi robusti  
et processi privilegium ex iure Rom. imperii pac.  
et Paximico.
10. Didericus, Dr. David: De non adaequata eructione  
in IV. facultatis divisione
11. Manaccius, Christianus: De palma Minervae  
in imprudentia mundum occupata ex instituto  
editissore ad orationem solennem ... instat.
12. Hellmannus, Samuel Christianus: De reformatione  
philosophica conditioque libris in philosophia  
symbolicis
13. Hellmann, Samuel Christianus: De reformatione  
philosophica conditioque libris in philosophia  
symbolicis

13. Kirchnerius, Georgius: Dissertatione philologicae  
de Pauli jurisprudentia vigilatissimam locum sacrum  
justificationis peccatis emendante
14. Kraus, Joh. Gottfrid, Ord. Iuris: . . . Decanus:  
lectoribus omnium ordinum honorabilissimus s. p. d.  
(ad Disputationem sollemnem Iohannis Friderici Lando-  
bergi invitata)
15. Kraus, Joh. Gottfrid. Ord. iuridici: . . . Pro-Decanus:  
lectoribus omniam ordinum honorabilissimi s. p. d.  
(ad Dissertationem Chrysostomi Gottlieb Spengleri  
invitata)
16. Kraus, Joh. Gottfrid. Ord. iuridici: . . . Pro-Decanus:
17. Krausius, Dr. Gottfrid: De remuneracione juris ex  
discretione investitorum quaestio
18. Krausius, Dr. Gottfrid: De testamentis controversis  
possessorum publicis
19. Leyser, Augustinus: De iuramento portores ecclesiae  
eius tempore non practico

- a b*
25. deglerus, Augustinus: *N*e* iustia infusa, iure gentia*
26. Leyser, Augustinus: *Flores ex hemidis hortis collecti in Augustanam confessionem operant*
27. Menckes, Gottfried Ludovici: *De eo quod iuris est circa subscriptiōnēm librorum symbolicorum a jure sacrum i*n*spicere principium evangelicum depeſſentia.*
28. <sup>et</sup> Menckes, Gottfried Ludovici: *De possessione turbulente verbis vel scriptis facta.* 29 resp.
29. Menckes, Gottfried Ludovici: *De eo, quod iuris est circa iablaea*
30. Reiderius, Gottlieb Kurs: *De statu canonum matriciminiis tempore reformationis*
31. Schröder, Ernestus Christianus: *De causis errorum patioribus*
32. Steinkellerius, Christian Gottfridus: *De venenis terminalibus et temporaneis, quae Galli les Pontes de succombeant. Successores Polacque*

18. Sturmus, Gottlieb: De causa Germanico zurae et pudi  
culatione in Estonia. Von Bawer-Gülden und Sackwischen  
Lehrs-Krägen über Schallges-Lekn.
19. Sturmus, Gottlieb: Dissertatione iuridico, que trigam  
ambitionem ex jure civili . . . publico . . . memini  
exprimit.
20. Peter, Christianus: De scientia et methodo medicorum  
generalium
31. Weidler, Dr. Fridolin: De origine et natura bus  
suum constitutorum ex jure Germanico
32. Wokenius, Franzicus: De professorum linguarum origi-  
nali sive. Wittenberg. In photographe sacra methodis.

der Verteilung und dem Verlust  
wurde es mit einer gewissen  
Sicherheit festgestellt, dass die  
verdächtigen Stücke nicht  
aus dem Lande stammten, sondern  
aus dem Auslande, und zwar aus  
den Vereinigten Staaten von Amerika.  
Die Verteilung und der Verlust  
wurde so weit wie möglich auf  
die einzelnen Teile des Landes  
verteilt, und es wurde festgestellt,  
dass die Verteilung und der Verlust  
auf die einzelnen Teile des Landes  
vertheilt war.





81.

*Reprobatio*

1730

4

ORDINIS JVRIDICI  
IN  
ACADEMIA VITTEMBERGENSI

H. T.

PRO-DECANVS

GEBH. CHRISTIANVS  
BASTINELLER

JCTVS

SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC. ELECT. SAXON  
A CONSILIIS AVLAE, CODICIS PROFESSOR PVBLICVS, CVRIAE  
PROVINCIALIS, SENATVS ECCLESIASTICI ET SCABINA-  
TVS ASSESSOR, ATQVE ORDINIS SVI  
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ORDINIS YURIDICI  
IN  
ACADEMIA MARBURGENSIA  
H. T.  
PRO-DECVNUS  
GEBH. CHRISTIANI  
BASTINELLER  
1512  
SAC. REG. MARBURG. FOLIO. V. C. PRINC. ELECL. SAXON.  
A CONVENTUS VULV. CODICIS PROFESSOR. PLATINA. CARIN.  
TROVINGELIUS. SENATOR. ECCLESIASTIC. ET SCVLPI.  
TAS. ASSISTOR. ATQAE ORDINIS SVA.  
SEMINAR  
LECTORI BENEDICTO  
S. B. D.



Onstantis iuris doctrina est, quod partes litigantes unum idemque negotium, uel eius easdem qualitates & circumstantias, per testes aut documenta, & per delatum iuramentum, simul & copulare probare prohibeantur. Conueniunt quoque interpretes in eo, quod haec prohibitio ad evitandum iusiurandum inutile, uel temerarium, spectet, & non solum Iure Saxonico Electorali *Ord. Proc. Tit. XVIII. §. 3.* firmetur, sed etiam ex placitis Iuris Civilis Communis fluat, atque ei in articulis, tam probatoriis, quam reprobatoriis, merito locus relinquatur. At enim nero disceptant inter se Doctores, num idem de interrogatoris specialibus ualeat, atque, ut explicatius dicam, utrum Reprobans, quandoquidem de certo reprobationis argumento, ope interrogatoriorum, ad articulos probatorios directorum, testes examinando curauerit, hoc ipsum postea articulis suis reprobatoriis includere & desuper aduersae parti iusiurandum deferre possit? Aientes opinantur, quod exhibens interrogatoria, in testes incidat, non eos eligat, quodque per interrogations illas in rationem depositionis testium, similesque circumstantias, praesertim inquirat, non probet, ac probandi facultas potius extendenda, quam restringenda, sit. Ex his autem allatis parum praesidii tententiae

cienti, meo quidem iudicio, accedit. Reprobans enim interrogatoriis suis, quae super articulis probatoriis format, nihil aliud intendit, quam ut vim & robur probationis frangat, eam elidat, ac penitus destruat. Igitur interrogatoria illa omnino partem reprobationis faciunt, immo saepe totam reprobationem exhauriunt. Atque haec est praecipua ratio, cur, in defensione conscientiae per probationem, nulla interrogatoria super meritis causae admittantur, *Dec. El. Sax.* 19. ne scilicet per ista, uicem reprobationis sustinentia, regressus ad praefationem iuramenti delati, in Saxonia Electorali secundum *Vet. Ord. Proc. Tit. XIX.* §. 2. licitus, nunc *Illust. & Emend. Ord. Proc. ad eund. Tit. §. 1.* abrogatus, adimatur ei, qui hanc probationem instituit. Quamuis etiam Reprobans testes probatorios ab initio haud nominauerit, eorum tamen fidem ipso facto eligit ac sequitur, dum sua sponte desiderat, ut illi una de momentis, quae ad reprobationem pertinent, interrogentur. Nec conuenit, fauorem probationis obiicere, ubi de inutili, aut temerario, sacramento declinando agitur. Nam si isti fauori in suscepta controuersia indulgendum esset, tota sane regula corrueret, quoniam probandi licentia uix melius, quam per delationem iuramenti, cum alia probatione coniungendam, ampliaretur. Negans igitur sententia mihi magis arridet, neque eam dubito amplecti. Quicquid enim una uia alicui prohibetur, ad illud

is

is alia via neutquam admitti debet *cap. 84. de Regg.*  
*Jur. in 6to*, cum potius, si quid interdictum sit, omnia,  
quae ex eo sequuntur, interdicta censeantur *cap. 39. eod.* Atque illi in fraudem legis agere dicun-  
tur, qui, saluis uerbis, sententiam legis uerantis cir-  
cumueniunt *l. 29. π. de LL.* et contra legis uolunta-  
tem nituntur *cap. 88. de Regg. Jur. in 6to.* Porro o-  
mnes casus, maxime ii, qui rarius accidunt, legibus  
non exprimuntur, sed, quoties in causa quadam  
sententia legis manifesta est, toties ad similia iudi-  
cem procedere, et cetera, quae tendunt ad eandem  
utilitatem, uel interpretatione, uel certe iurisdictio-  
ne, supplere oportet *l. 12. l. 13. π. de LL.* Quapropter  
Reprobanti oblique et per consequentiam conce-  
dendum haud est, quod directe et primario ei recu-  
satum statuitur. Cum semel etiam modus repro-  
bandi per testes placuerit, is amplius displicere *cap. 21. de Regg.* *Iur. in 6to.* et a Reprobante in probantis  
detrimentum commutari nequit *l. 75. π. de Regg.*  
*Iur. cap. 33. eod. in 6to.* siquidem, re adhuc integra, in  
potestate Reprobantis situm erat, utrum testibus, an  
iuramenti delatione, uti mallet. Sed cum alterum  
reprobandi genus, scilicet per testes, elegerit, alte-  
ro, quod fit per iuramenti delationem, se abdicasse  
intelligitur, eoque abstinere debet *l. 33. in fin. π. de*  
*Legat. et fideicom. l. l. 9. π. de Curator. fur. et al.*  
*l. 4. §. 2. π. de L. Commiss.* Nec leue argumentum  
pro negante sententia inde petitur, quod Repro-  
banti haud integrum sit, factum quoddam, libello

et articulis probatoris contentum, articulis suis repro-  
batoriis ita inférere, ut super ueritate contrarii iusiu-  
dum probanti deferat. Rationes etiam, quae propter-  
ea adducuntur, quod nempe alioqui grauis periurii quaesi-  
tio, maximopere uitanda, emerget, si, quicquid pars  
una per testium dicta euicisset, altera praefito iureiuando  
declinasset, quodque ipsum calumniae iuramentum periurii  
periculum inferret, et impeditissima controuersia,  
utrum integratatis partis iurantis, an fidei testium iurato-  
rum, potior habenda esset ratio, exquireretur, atque, si Re-  
probans relatum forte iuramentum persolueret, duplex  
probatio, unius uice adhibita, uel iuratam testium depo-  
sitionem, uel contrariam partis iurantis assertionem, ir-  
ritam redderet, optimo iure ad enunciatum nostrum ac-  
commmodari possunt. Quam ob caussam Scabinatus no-  
ster, superiore mense Sept. consultus, pro negante sen-  
tentia respondit. Consentit ill. Dn. de BERGER Disquis.  
*Quensque in Sax. El. lic. def. iusiu. tb. 21.* Dissentient au-  
tem B. Dn. RIVINVS ad Ord. Proc. Sax. Tit. 21. enunc. 43. et  
B. Dn. Lüd. MENCKEN ad Ord. Proc. Sax. Tit. 18. §.  
n. Postremo notandum est, quod ea, quae supra de Re-  
probante proposita sunt, in simili Probandem attingant.  
Idcirco de eodem capite, quod per delationem iurisiu-  
randi probandum est, interrogations ad articulos repro-  
batorios componere, & testes examinari, Probandi pari-  
ter denegatur. Disceptata hac questione, uenitur usitato  
more ad Candidatum nostrum Clarissimum, M. IOAN-  
NEM CHRISTOPHORVM ROEHRING, de cuius  
uita et studiis potiora haec commemoranda sunt: Natus  
est ille Schmiedeberga, urbe in circulo Saxonico sita.  
Patrem habuit virum spectatae virtutis, IOANNEM  
ROEHRING, ciuem et Scabinum citatae urbis dicitur defun-  
ctum, Matrem uero praestantissimi feminam exempli, MA-  
RIAM ELISABETHAM, ex familia WEYRAVCHI-  
ORVM, Pastoris Dammendorffensis, WEYRAVCHII,  
filiam

filiam, quae anno MDCCXI. uitam hanc cum aeternitate commutavit. Hi parentes ab ea aetate, qua doctrinae capax iudicabatur, eundem praceptoribus scholae Schmiedbergensis, pietatis et doctrinae primordiis erudiendum, tradiderunt. Iactis itaque primis literarum fundamentis, Gorlicium uenit, coepta studia in celebri eiusdem loci Gymnasio ulterius prosecuturus. Cum uero per plures annos debitam literis ibidem adhibuisset diligentiam, in primis priuata dexterrii GROSSERI, Rectoris supra dicti Gymnasii, usus institutione, suasu eiusdem Academiam, & quidem Lipsiensem, petiit, & studiis Philosophicis imbutus, ad Iurisprudentiam se applicauit, atque Celeberrimos tunc temporis Iustitiae Sacerdotes, MENCKENIOS, SCHACHEROS, TITIOS, PHILIPPOS, audiuit. Anno MDCCXIV. adiit Almani Leucoream, ibi studia sua iuridica ad finem perducturus. Hac mente HORNIORVM, WERNHERORVM, BEYERORVM, GRIBNERORVM, MENCKENIORVM, BERGERORVM, SPENERORVM, KRAVSIORVM, measque, scholas sedulo frequentauit. Quinquennio peracto, examen pro Praxi sustinuit, atque deinceps, numero Aduocatorum adscriptus, cauſas in foro orare coepit, ita tamen, ut, Praxi non unice intentus. Theoriam ulterius excoleret, atque has disputationes iuridicas *de iure offerendi simultaneis inuestigando, et de intercessione mulieris*, SCro Velleiano renuntiantis, sub praefidio Magnifici Dni MENCKEN, &, Magister factus, habilitandi cauſa, duas morales, primam sub praefidio Praenobilissimi Dn. HASSEN, qua exponuntur rationes, cur Franciscus I. Gotiarum Rex, ob iuriuandum Carolo V. Imperatori baud seruatum, peritius censi debet, alteram, qua rationes contrariae confutantur, praefidendo haberet. Ante sexennium nomen inter iuris Candidatos professus, & ad tentamen, sive examen primum, admisus, alios in iure priuatim & publice instruendo, laudabilem collocauit operam, & multos clientes feliciter defendit,

dit. Tandem commodum ei uisum est, alterum examen,  
quod rigorosum uocant, subire, in eoque ita stetit, ut  
honesti desiderii libenti ac laeto animo nos eum com-  
potem faceremus. Ad ea, quae ipsi restabant perficien-  
da, probe se accinxit, conscribendo dissertationem inaugu-  
ralem de eo, quod iuris est circa subscriptionem librorum Symbo-  
licorum, a iure Sacrorum, in primis Principum Euangelicorum, de-  
pendentem. Cum igitur eius argumenta proximo die  
Veneris sub praesidio Viri Magnifici, Excellentissimique,  
**Dn. GODOFR. LVDOVICI MENCKEN**, Dig.  
Vet. Prof. Publ. Curiae Provinc. Consistorii Eccles. Scabinatus,  
et Facultatis Iurid. pariterque Iudicij Ducalis in Marchionatu  
Lusatiae Infer. Acessoris, in auditorio maiori, horis ante et  
post meridiem consuetis, sit tuiturus, ut Magnificus A-  
cademiae Rector, Perillustris Liber Baro, Patres conscri-  
pti, Proceres & Ciues reipublicae nostrae, atque omnes,  
qui bonis artibus fauent, aetum hunc solennem praesen-  
tia sua honorifica cohonestare uelint, maiorem in modum  
rogo, & pro hoc singulari fauore gratissima quaevis offi-  
cia promitto. P. P. Domin. XXII. post Trinit.  
anno seculari MDCCXXX.

---

VITTEMBERGAE,  
LITERIS EPHRAIMI GOTTLOR. EICHSFELDII.



Wittenberg, Diss., 1730. A-K




f

TA = OK

nur 14. Stck. bisher verknüpft

v1718





Reproducitio

1730

ORDINIS JVRIDICI  
IN  
ACADEMIA VITTEMBERGENSI  
H. T.  
PRO-DECANVS  
**GEBH. CHRISTIANVS  
BASTINELLER**

JCTVS

SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC. ELECT. SAXON  
A CONSILIIS AVLAE, CODICIS PROFESSOR PVBLCVS, CVRIAE  
PROVINCIALIS, SENATVS ECCLESIASTICI ET SCABINA-  
TVS ASSESSOR, ATQVE ORDINIS SVI  
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.